



Albertus filius fuit Ernesti ducis Boiorū, qui Monachij residebat. Erat is egregiæ indolis adolescens, atq; singulari forma decorus. Is autem Strubingę Agnetem Bernauerin tonforis Augustani filiam adeo deperibat, ut eam planè loco iustæ uxoris haberet, atq; publicè solennibus sacris ducere concupisceret. Ipsa etiam se coniugē principis Boiorum profiteretur, & uirginibus instructa gynecio scæmineo prodire cogitabat. Id cum Ernestus percepisset, filio absente Strubingam petijt, et senatorij ordinis homines accersit, atq; ex eorum consilio mulierem in uincula cōiecit. Cum autem illa muliebri leuitate proteruè responderet, culeo

mutam sententia procerū à carnifice in Danubio submergi præcepit, 4 Idus Octob. anno 1436. Deinde ad eius manes placandos ædiculā extra mœnia ad laeuam templi S. Petri extruit, & perpetuum sacerdotiū addit, ubi etiam eius ossa saxo conteguntur. Vt autem filio ægroto medicaretur, ei Annam ducissam Brunswicensem forma & pudicitia singulari præditam uxorem dedit, atque statim die uicesimo post prioris necē nuptias instituit Monachij magno apparatu. Hoc modo Albertus quieuit.